

General Government of the Order

The General Chapter

Recommendation

(469) We *recommend* that general chapters resist the tendency to delegate responsibilities and actions directly to the Master of the Order and that, where possible, they rather name some subsidiary person or entity in the Order to carry out such commissions.

Time sequence for general chapters

(470) It seems prudent that a new master of the Order be allowed sufficient time to acquaint himself with the universal Order and to prepare for the first general chapter of his term. It also seems useful to reduce the frequency of general chapters without unduly extending the term of the master of the order. These objectives could be accomplished by holding the chapter of diffinitors four years after a general chapter (LCO 411.I) and extending the term of the master of the order to ten years (LCO 397, 412).

Timing of a provincial chapter before a general chapter

Recommendation

(471) In some provinces, special difficulties arise when a provincial chapter is postponed because it falls within four months before a general chapter (LCO 354.I). Because of the apostolic obligations of the brothers, the province is often prevented from holding its provincial chapter for up to a full year after the general chapter. This necessitates the prolongation of the term of the provincial from four to five years. In such provinces, provincials who are reelected consequently have a term of nine years (5+4) rather than 8 years (4+4). To avoid this consequence, we *recommend* that such a province ask for a dispensation from LCO 354.I to be able to hold its chapter within four months before a general chapter.

De Constitutionibus et Ordinationibus

Notae praeviae

Ad clariorem mutationum in LCO in Capitulo factarum praesentationem, eodem modo procedatur, prout iam in Actis Capituli Generalis Walberbergensis (183), Romae (307), Abulae (188), Oakland (208), Mexici (248), Calarogae (caput IX, pag. 90) et Bononiae (240) factum est.

Servatur ordo numericus LCO. Ad omnem numerum signa propria indicant an textus prima, secunda vel tertia vice adprobatus fuerit:

- constitutio confirmata (habet tria capitula)
- constitutio adprobata (habet duo capitula)
- constitutio inchoata (habet unum capitulum)

(Nota: cum indicatione [O] notatur si adprobatio vel inchoatio constitutionis »cum ordinatione facta est«.)

ordinatio secunda vice votata, abrogans ordinacionem praeviam

ordinatio prima vice acceptata

[A] textus abrogatus

Typis »italicis« textus novi imprimuntur.

Attamen cum pro bona interpretatione mutationum factarum necesse sit cognoscere textum praecedentem eiusque historiam, referentiae ad capita praecedentia

dantur cum sequentibus siglis:

A = Avila, 1986

O = Oakland, 1989

M = Mexico, 1992

C = Caleruega, 1995

B = Bologna, 1998

Verbum abbreviatum »Techn« signabit mutationes factas:

– ad adaptandum textum ad investigationem historiam; cf. LCO. n. 100 § I.

Ad normam LCO 285 § I aliquae ordinationes in capitulo generali Abulae (1986) factae in hoc capitulo adprobatae sunt et definitive in LCO insertae sunt. Hae ordinationes verbis »Insert. def« indicantur, nempe nn. 93-bis, 128 § III, 197, 207 § I, 209, 214 § III, 315-bis, 344 § II, 369 § II, 415 § IV, 498, 523.

(472)

38. Ord. – § I. – Libros quosdam et instrumenta varia ad usum personalem fratres tenere possunt, *secondum determinationes capituli provincialis*.

§ II. – Quando fratres in alium conventum assignantur, ea tantum secum afferre possunt quae *in determinationibus capituli provinciae et statuto provinciali praewisa sunt*.

(473)

43. Ord. – *Ad longum iter vel absentiam prolong-*

gatam frater licentia competentis superioris indiget iuxta determinationes statuti provinciae.

(474)

[A] 44. Ord. – vacat

(475) (Insert. def) (A-201)

93-bis Ord. § III. – Ad centrum studiorum specia- lium necnon ad centrum formationis permanentis con- stituendum, requiritur adprobatio prioris provincialis cum suo consilio, audita commissione de vita intellec- tuali provinciae.

(476) (B-245)

97. Ord. – § I. Ut quis ad magisterium in sacra theologia promoveri possit requiritur:

1° ut vita et prudentia sit commendabilis;

2° ut, studiis complementariis absolutis, labori in- tellectuali saltem per decem annos totaliter se devove- rit;

3° ut a commissione de vita intellectuali provin- ciae capitulo provinciali praesentetur et a duabus ex tribus partibus vocalium eiusdem capitulo, propo- natur, vel a magistro Ordinis si agatur de fratre in conventibus vel institutis eidem immediate subiectis degente;

4° ut de valore sui laboris et capacitate ad illum prosequendum sententiam favorabilem ferat com- missio ad minus trium in specialisatione scientifica

promovendi peritorum, qui a magistro Ordinis seli- gendi sunt;

5° ut a capitulo generali vel a magistro Ordinis cum suo consilio promoveatur.

6° ut magister recenter promotus publicam lec- tionem det.

(477) Techn.

100. Const. – § I. – Ministerium praedicationis opus communitarium est et ad universam communi- tatem primo pertinet; *unde in traditione Ordinis con- ventus saepe »sacra praedicatio« vocatur.*

(478) (Insert. def) (A-203)

128. Ord. § III. – Superior competens pro accept- anda paroecia est prior provincialis de consensu sui consilii, nisi capitulum provinciale determinaverit hanc facultatem reservatam esse capitulo provinciali, aut consilio vicariatus cum adprobatione consilii pro- vinciae.

(479) (Insert. def) (A-210)

197. Ord. – In conventibus et domibus, ubi, ad normam nn. 315-bis et 333 consilium non est a capi- tulo distinctum, alterum votum datur a consilio pro- vinciae, in vicariatibus vero a consilio vicariatus.

(480) (Insert. def) (A-212)

207. Ord. – § I. – Quando frater per hunc annum,

qui pro clero potest ut talis computari annus scholasticus, in conventu propriae provinciae commoratus est, prior provincialis eum ad professionem admittere potest si votum capituli et votum consilii utrumque aut saltem alterum fuerit favorable, non autem si utrumque contrarium. In conventibus et domibus ubi, ad normam nn. 315-bis et 333 consilium non est a capitulo distinctum, alterum votum datur a consilio provinciae, in vicariatibus vero a consilio vicariatus.

(481) (Insert. def)(A-214)

209. Ord. – Praeter relationem de voto capituli et consilii a priore mittendam, aliae personales et academicae de unoquoque candidato a magistro, et a moderatore centri studiorum institutionalium si agatur de studentibus, ad priorem provincialemittantur.

(482) (Insert. def) (A-215)

214. Ord. – § III. – Infra tempus studentatus magister semel saltem in anno cum capitulo conventus colloquium habeat, et in scriptis de hoc relationem priori provinciali exhibeat. Si quis frater in alia provincia studiis operam det, prior provincialis provinciae affiliationis de eo semel in anno certior fiat.

(483)

[O] 217. Const. – Fratres cooperatores, expleto noviciatu, per integrum triennium in conventu pro eorum formatione designato commorari debent, sub cura pro-

prii magistri *qui frater cooperator sollemniter professus esse potest* quoad formationem spiritualem et humanam; sub cura regentis vel alicuius fratris idonei a priore provinciali cum suo consilio designati, quoad formationem intellectualem et professionalem.

[A] § II

(484) (B-255)

258. Const. § I – Si aliqua provincia per triennium non habuerit tres conventus aut triginta quinque vocales, in ipsa provincia assignatos et ibi habitualiter degentes, magister Ordinis auditio suo consilio illam declareret haud amplius gaudere iure participandi capitulis generalibus ut provincia et illam reducat ad viceprovinciam vel *ad vicariatum generale*, ad normam n. 257 nisi capitulum generale iam convocatum fuerit.

(485) (B-256)

[O] 270. Const. § III. – Assignatio vero ratione studiorum extra propriam provinciam, ad habendam vocem in electionibus non sufficit. *Alia iura et obligationes fratris ratione studiorum assignati determinat prior provincialis provinciae assignationis praevio consensu prioris provincialis provinciae affiliationis, salvo n. 208.*

§ IV. Ut in LCO.

§ V. – Quilibet frater iam inde a prima professione indiget assignatione directa determinato conventui,

quae est per se sine limitatione temporis. Assignatio indirecta durat solo tempore officii. *Durationem assignationis indirectae ratione studiorum determinat prior provincialis provinciae assignationis de consensu prioris provincialis provinciae affiliationis. Transacto tempore assignationis indirectae reviviscit assignatio directa seu simpliciter facta.*

(486)

271. Ord. – § I. – *Capitulum generale vel magister Ordinis ad quamcumque provinciam aut conventum fratres libere assignare potest.*

§ II. *Capitulum autem provinciale vel prior provincialis assignationes facere potest in sua provincia.*

§ III. – *Capitulum provinciale vel prior provincialis fratrem alius provinciae ad suam provinciam assignare potest de consensu capituli provincialis vel prioris provincialis provinciae affiliationis, monito tamen magistro Ordinis.*

§ IV. – *Frater qui ad normam § I vel § III ad provinciam simpliciter assignatus fuerit, indiget praeterea assignatione conventui determinato.*

§ V. – Fratrum assignationes directae et indirectae ratione studiorum fiant in scriptis (cf. appendicem n. 13). (B, n. 257)

(487)

305. Ord. – § I. Prior qui ob infirmitatem impeditur a suis muneribus rite obeundis, si spes non appetat valetudinis intra sex menses recuperandae, officio suo renuntiet.

§ II. *Si voluntatem suam renuntiandi communicare non potest vel non vult, supprior, audito consilio, casum ad priorem provinciale submittat.*

(488)

309 Ord. § I. Capitulo adsit secretarius, unico scrutinio ab eodem electus. *Res deliberatas et resolutiones capituli in libro ad hoc deputato conscribat.*

(489) (Insert. def) (A-240)

315-bis. – In conventibus ubi adsunt octo vocales vel minus, petente capitulo conventuali, prior provincialis permittere potest ut consilium huius conventus non sit a capitulo distinctum.

(490) (C-177; B-261)

[A] 331 bis – In provinciis ne sint domus quae non constent saltem ex quattuor fratribus.

(491) Insert. def. (O-246; A-247)

344. Ord. – § II. – Quod si contingat quadriennium alicuius prioris provincialis finiri, Ordine non habente magistrum, aut infra quattuor menses ante capitulum generale (cf. n. 354 § I), prorogatum intelligitur in utroque casu illius quadriennium usque ad sequens ca-

pitulum provinciale, quod celebrabitur post capitulum generale completum.

(492) (B-263)

352. Ord. – Vocales capituli provincialis sunt:

§ I. – 1° priores regionales;

2° vicarii provinciales electi ad normam n. 389;

3° priores conventuales; supprior vero, si ob aegritudinem aliamve gravem causam a priore provinciali acceptam, prior adesse nequit; (M, n. 283; C, n. 178)

4° socii priorum euntium ad capitulum, ad normam n. 490;

5° delegati fratrum, ad normam nn. 497-501;

6° delegatus domus non prioralis cum saltem quatuor fratribus voce activa gaudentibus in territorio uniuscuiusque nationis ubi non sit alia domus eiusdem provinciae; (B, n. 263)

7° prior provincialis qui immediate ante capitulum officium in ipsa provincia explevit.

§ II. – Si numerus vocalium capituli provincialis ad normam constitutionum electorum sit minor quam viginti, statutum provinciae providere potest, si vero sit minor quam decem provideat de vocalibus supplementariis, qui tamen sint non plus quam tres. Isti vocales non iure personali, sed per electionem constituuntur.

[A] § III. Abrogatio textus LCO ante capitulum Calarogae

[A] § III. Abrogatio textus Ordinationis capitulo Bononiae

(493) Insert. def. (A-251; O-248)

369. Ord. – § II. – Quando agitur de rebus ad studium, ad professores et ad studentes pertinentibus, etiam quoad scholam apostolicam, semper adsit regens et moderator centri studiorum institutionalium.

(494)

385. Ord. – § I. – Prior regionalis praeest vicariatu *ut vicarius prioris provincialis* et, praeter facultates a capitulo provinciali statutas, ius habet:

1° assignandi fratres qui sunt in vicariatu, salvis iuribus prioris provincialis;

2° confirmandi priorem conventualem ad normam n. 467, et instituendi superiores domorum ad normam n. 332, nisi statutum vicariatus aliter provideat;

3° participandi ex officio consilio provinciae, nisi aliud in statuto provinciae determinatum sit;

4° participandi ex officio capitulo provinciali (cf. 352, §I, 1°).

§ II. ut in LCO

(495)

386. Ord. § I. – In unoquoque vicariatu adsit consilium, cuius consensum vel consilium prior regionalis circa maiora negotia exquirat, ad normam statuti vicariatus. *Acta huius consilii post coadunationem priori*

provinciali mittenda sunt.

(496)

391. Ord. – Ad collaborationem inter provincias fovendam haberi possunt:

1° colloquia periodica inter priores provinciales vel diversos officiales, ut magistros novitiorum, fratrum studentium et cooperatorum, regentes, professores, promotores, etc.;

2° sessiones vel commissions interprovinciales pro problematum communium studio;

3° promotores nationales vel regionales pro diversis operibus;

4° novitiatus vel studentatus communis vel centra communia, iuxta normas a magistro Ordinis adprobandas;

5° conventio, de consensu magistri Ordinis ineunda, pro erectione conventuum interprovincialium (M, n. 292, C, n. 181);

6° *conventio duorum capitulorum provincialium vel priorum provincialium ad directam assignationem faciendam de provincia ad conventum alius provinciae, salvis nn. 270 § I et II, 497 § I et 600, monito tamen magistro Ordinis.*

(497)

397. Const. – Officium suum obtinet per electionem canonicam, et in eo perdurat per *decem* annos.

Tempus computatur a capitulo electivo usque ad sequens capitulo electivum, neglectis paucis mensibus, semestre tamen non excedentibus, qui ad integratatem novem annorum desunt aut superfluunt.

(498)

[O] 407. Const. – In capitulo generali electivo coadunantur et vocem habent:

§ I. – In electione magistri Ordinis:

1° – 6°: ut in LCO.

7° ex provincia habente saltem *viginti* usque ad centum fratres assignatos in vicariatibus vel domibus ipsius provinciae extra fines provinciae, delegatus electus ex iis et ab iis, secundum statutum provinciae; ex provincia vero habente a 101 ad 200 fratres in vicariatibus assignatos, alter eligatur delegatus; et sic deinceps;

(499)

[O] 409-bis. Const. – Singulae provinciae quae habent *viginti* saltem fratres assignatos in vicariatibus vel domibus ipsius provinciae extra fines provinciae, ius habent mittendi unum delegatum, electum ex iis et ab iis, secundum statutum provinciae, ad capitulo generale aut diffinitorum aut priorum provincialium (cf. appendicem 16). Selectio huiusmodi tali modo a magistro Ordinis cum suo consilio fiat, ut dimidia pars provinciarum in uno capitulo et altera dimidia

pars in altero repreaesentetur.

(500) (C-187; B-276)

409-ter. Const. – *Ad electionem delegatorum eun-
tium ad capitulum generale diffinitorum vel priorum
provincialium, omnes domus sub immediata iuri-
dictione magistri Ordinis ita inter se a consilio ge-
neralitio aggregentur, ut collegia electiva consti-
tuant (prout unus vel duo delegati pro unoquoque
capitulo eligendi sunt). Unumquodque horum colle-
giorum ex viginti quinque saltem vocalibus constet.
Consilium generalitium de modo hanc electionem
faciendi provideat.*

(501)

411. Const. – § I. – Capitulum generale habeatur:
1° quadriennio post capitulum electivum;
*2° triennio post capitulum diffinitorum vel capitu-
lum priorum provincialium;*
*3° quotiescumque vacaverit officium magistri Ordi-
nis.*

(502)

412. Const. – Ordo capitulorum hic est: capitulum electivum, capitulum diffinitorum, capitulum priorum provincialium, et sic deinceps.

A capitulo electionis nova series capitulorum secundum ordinem praefatum incipit, etiamsi ante *de-
cennium* expletum electio magistri facienda est.

(503) Insert. Def. (A-272; O-259)

415. Ord. § IV – 1° Quaestiones capitulo generali proponendae, ab iis quibus ius vel facultas competit, ad magistrum Ordinis mittantur sex mensibus ante celebrazione capituli;

2° breviter exponantur lingua latina vel moderna a consilio generalitio acceptata, atque tot in foliis separatis proponantur quot distinctae sint quaestiones.

(504) (B-280)

429. Const § II – *Institutio adsistentium pro apo-
stolatu et pro vita intellectuali fiat auditis omnibus
prioribus provincialibus.*

§ III – *Institutio adsistentium pro relationibus
provinciarum cum magistro Ordinis fiat auditis pri-
oribus provincialibus quibus interest, qui, prius
inter se de hoc convenientes, tria nomina ipsi magi-
stro Ordinis praesentent. Magister Ordinis tenetur
unum ex his tribus instituere vel denuo tria nomina
praesentari petere.*

(505)

438. Ord. – Promotoris generalis monialium est:
*1° magistrum Ordinis et procuratorem generalem
adiuvare in negotiis moniales spectantibus;*
*2° informationes circa eas vel pro eis colligere et
ipsis ac diversis provinciis communicare.*

[A] § II.

(506) (B-283)

480 § IV. – Elapso tempore praefixo pro receptione schedularum, praeses cum consilio regionali scrutinium faciat:

1° omnibus involucris externis coram consilio apertis, examinentur nomina electorum super interiora involucra scripta ad videndum utrum unusquisque eorum condiciones pro voce activa requisitas habeat; si non habeat, pro nullo habeatur suffragium;

2° comparentur numeri vocalium et involucrorum;

3° involucra aperiantur et, antequam schedulæ explicentur, ipsa comburantur;

4° examinentur suffragia ad normam n. 452, 9°, 11°, 11°;

5° si maioritas pro electione vel postulatione requisita obtinetur, tunc formetur a praeside decretum electionis, instrumentum authenticum electionis conficiatur et ad priorem provincialemittatur iuxta n. 453, § I (cf. appendicem n. 23). De exitu electionis omnes vocales per litteras certiores fiant;

6° si vero maioritas absoluta in primo scrutinio non obtinetur, praeses cum consilio determinet tempus pro novo et ultimo scrutinio faciendo, et de omnibus perfectis tum priorem provinciale, tum vocales per litteras certiores faciat;

7° capitulum tamen provinciale potest determinare, ut procedatur ad tertium vel etiam quartum scruti-

nium, si in secundo vel tertio adhuc maioritas absoluta non obtinetur;

8° si in ultimo vero scrutinio, sive sit secundum (n. 6°), sive tertium vel quartum (n. 7°), maioritas absoluta non obtinetur, provisio officii ad priorem provinciale devolvitur (cf. n. 464).

(507)

494. Ord. – § I. – *In conventibus ubi unus socius eligendus est, electio fiat quoad modum ad normam n. 452.*

§ II. – In conventibus ubi plures socii eligendi sunt (cf. n. 490, § II) per vota secreta determinetur utrum omnes simul vel unus post alium sint eligendi.

§ III. – Ante electionem, de consensu maioris partis vocalium, tractatus de eligendis haberi potest.

§ IV. – Electio modo sequenti perficiatur:

1° si socii omnes simul eliguntur, electio terminatur in septimo scrutinio in quo maioritas relativa sufficit;

2° si vero unus post alium elititur, tunc pro quocumque socio si usque ad tertium scrutinium inclusive nullus candidatus maioritatem absolutam votorum retulerit, in quarto et ultimo scrutinio illi duotantum praesentari possunt qui in scrutinio praecedenti maiorem suffragiorum numerum obtinuerint, firmo praescripto n. 450, § III.

(508)

497. Ord. § I. – Salvo n. 491, § II, et exceptis iis qui ad normam n. 352 § I et § III iam repraesentantur, delegatum euntem ad capitulum provinciale eligunt, dummodo voce activa gaudent (cf. 440 et 441):

1° fratres directe assignati domibus provinciae;

2° nisi in statuto provinciae aliter disponatur, fratres directe assignati in domibus vel conventibus sub immediata iurisdictione magistri Ordinis, iis semper exceptis qui ad consilium generalitum pertinent;

3° fratres indirecte assignati extra provinciam, dummodo non sint superiores;

4° fratres assignati conventibus, pro quibus conventionio inita est ad normam n. 391, 4° – 6°, dummodo non sint *priores conventuales*.

(509) Insert. def. (A-286)

498. Ord. – Vocales a capitulo provinciali vel a priore provinciali cum suo consilio, in plura collegia dividantur secundum numerum et regiones, ita ut quodlibet collegium habeat non minus quam octo et non plus quam quindecim vocales. Si vero in aliqua regione vocales sunt minus quam octo, adiungantur alii collegio electivo.

(510) (Insert. def.) (A-291; O-281)

523. Ord. – Omnes elegantur unus post alium, ab omnibus vocalibus capituli. Pro unaquaque electione

si usque ad tertium scrutinium inclusive nullus candidatus maioritatem absolutam retulerit, in quarto et ultimo scrutinio illi duo tantum praesentari possint, qui in scrutinio praecedenti maiorem numerum suffragiorum retulerint, firmo praescripto n. 450, § III.

(511)

560. Ord. – § I et II: ut in LCO

§ III – *In statuto administrationis determinetur:*

1° *quomodo pecuniae in mensis depositae libera-ri possint;*

2° *et quales fratres vel administratores coniunctive vel distinctive subscribere possint.*

(512)

567. Ord. § I. – Singulis annis prior provincialis, prior vice-provincialis et vicarius generalis *necnon praeses institutorum quae ab Ordine subsidia recipiunt* mittant *infra quinque menses post finem uniuscuiusque anni administrationis* relationes suas oeconomicas directe magistro Ordinis.

(513)

575 Ord. § I: ut in LCO

§ II – Ad expensas capituli generalis quod attinet, prae mente habenda sunt:

1° *expensae itineris solvantur methodo sic dicta peraequationis ita ut singuli capitulares de facto eamdem summam pecuniae solvant;*

2° expensae pensionis et expensae generales pro capitulo proportionaliter solvantur a curia generalitia et a singulis provinciis, inter quas aequitas et proportio servandae sunt, modo stabiliendo in ipso capitulo.

3° sex mensibus ante convocationem capituli generalis syndicus Ordinis et syndicus conventus ubi fit capitulum generale, praeparent rationem praeventivam seu praewisam expensarum capituli, magistro Ordinis cum suo consilio submittendam. Postea ad singulas provincias mittatur ad eas consulendum.